

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hinckelmann Joachim Henning

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Decima Sexta. Continens praecipuos
Romanae Synagogae errores refutatos, quos ea foveat in articulo De Sacramento
Coenae**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756811511>

Druck Freier  Zugang



P. Kirchmann.
R.M. theol. 1607.8.

- Contentas
- | | |
|---|------|
| ① Joh. Enzelius, de loco pno et vro | 1607 |
| ② Joach. Henningsen, de communicatione majestatis | 1607 |
| ③ Joach. Fischerus, de peccato originali | 1607 |
| ④ Heid. Kirchovius, de arbitrio bonorum | 1607 |
| ⑤ Joh. Redekerius, de discriminatione legis ev. | 1607 |
| ⑥ Henr. Textorius, de iustificatione | 1607 |
| ⑦ Joach. Jordanius, de bonis operibus | 1607 |
| ⑧ Joach. Lutetius, de sacramentis | 1608 |
| ⑨ Joach. Henningsen, de sacramento coenae | 1608 |
| ⑩ Heid. Kirchovius, de sacr. confirmationis | 1608 |
| ⑪ Joh. ab Huda, de traditionibus | 1608 |
| ⑫ Paul Brinio, De votis monachis | 1608 |
| ⑬ Nic. Fiduciatus, de adiaphoris | 1608 |
| ⑭ Henr. Hamerius, De oratione | 1608 |
| ⑮ Petri. Loft, de indulgentiis | 1608 |
| ⑯ Joh. Albinus, de morte | 1608 |

J. K.

DE PAPISMO
DISPUTATIO ANASCEVASTICA
DECIMA SEXTA.

Continens præcipuos Romana Synagoga errores refutatos, quos ea fovet in articulo

De

SACRA-
MENTO COE-
NÆ.

*Reverenda facultatis Theologica in Academia
Rostochiensi consensu:*

Moderatore & Doctore SS. Spiritu:
Sub Praesidio

M. PETRI HINKELMANNI
Verbi Divini ministri:

ad privatam ouÿmow proposita

M. IOACHIMO HENNINGIO
Lubecensi.

Ad 6. Cal. Februarij, Horis & loco soliti.

ROSTOCHII,

Litteris Reusnerianis An. 1608.





DISPUTATIO XVI.
DE SACRAMENTO
COENÆ.

περὶ τοῦ θείου

I.

I. Xaminata superius de Sacramento Baptismi controversia, iuxta methodi postulat, ut de Dominica Cœna, tanguam de altero Novi T. fæderis, piam placidamq; oviūtūv insti- tuamus, id pricipue attentes, ut revocari atq; exanimatis ad Lydium verbi lapidem adverse partis erroribus, quid purum, quid syncerum in hoc articulo sit probemus. Et quaneum fieri potest, tam arduum, quam salutare hoc mysterium, à fraude atq; impostura Sathanæ integrum inviolatumq; conservemus.

II. Sunt enim prater verbum pricipua Ecclesia Christi divitiae, cum quasi propria nota, hac duo Sacraenta, quibus & ab hypocritice se secernere, & toti mundo se anteferre, cum si quid hujus seculi est, contempnere cordate novit.

III. Et cum hæreditatis nostra sola portio Christus sit, Sacraenta velut media instituta sunt, que nos ad Christi communionem deducant, eamq; nobis obsignent & confirmant, ut quam proximè ad ipsum accedentes honorum omnium, quorum ipse possessor & dominus est, participes reddamur. Per Baptismum enim tanguam fructuosi palmites, vera huius viti inserimus: Et postea caelesti epulo carnis & sanguinis Filij DEI saturati, in ipso adunimur & quasi in unum corpus coalescimus.

IV. Us enim vitam hanc, quam per Baptismum in Christo adepti sumus, tuncsumus & sustentemus, spiritualem hanc anima nostracibum

A 2

Iesum

Iesum Christum largitus es nobis cœlestis & munificus parens,
quod alimento carnis atque sanguinis filij sui, ipsi incorporati, una cum
ipso & per ipsum futura vita & salutis spem concipiamus.

V. Et quinam hereditatem viae aeternae obsignare fortius debuit,
quam si illud ipsum corpus, quod plenum est vita vivificantis, ut Cy-
rillus loquitur, in Cœna sua nobis manducandum apponere? Tum
quodnam animarum nostrarum pastor, certius aut majus salutis no-
stre pignus dare potuit, quam si illum ipsum sanguinem, in quo, sicut

Paulus dicit, justificati sumus, Christianis suis potandū praberet? Qua-
re certum est vera fide Christi corpus accipientes, quod pro nobis tradi-
tum est, & sanguinem N. T. bibentes, qui in remissionem peccatorum

effusus es, percipere thesaurum omnium beneficiorum Christi. Acci-
piunt enim illud, in quo peccata remittuntur, in quo mors aboleatur,
in quo vita nobis communicatur, quo nos sibi Christus tanquam membra
adjungit, ut ipse in nobis & nos in ipso sumus, ut vitam habeamus in
nobis, illi carni conjuncti, qua vita effecta est.

VII. Quapropter cum hec de SS. Dominica Cœna doctrina consola-
tionis plenissima sit, adeoq; præcipuum fideli nostra rebur, qua fumi-
ganti lino aut lampadi deficieni oleum infundat, ut arripere cano-
mnes p̄ merito debant, inq; ea quiescere tuto & salutariter possint:
Tanto etiam majori studio entendum est nobis, quanto vehementiore
conatu in nostram perniciem conspirat adversarius, ne tanto tamq;
recio noſ penitus exuat bono, neve, quod fraudulenter tentat, relictis
frivolis putaminibus, nucleus nobis ne quidem animadvertisenti-
bus, surripiat.

VIII. Novit utiq; hisce suis technis provehendis & perficiendis,
quam plurimos sane & idēcos adaptare artifices: Cum non desint,
qui Christum è SS. suā Cœna penitus auferant, sensum, verborum Filij
DEI invertentes, pro vero Christi corpore ac sanguine vigorem &
virtutem ejus substituentes: Sed hac indicta nobis, propter semel
suscepti negotij metam, intactaq; cohors maneto.

VIII. Stat ab altera parte perniciosor caterva, qua panaceum no-
bis Chri-

Chemn. ad
Conc. Trid.
sciss. 3.

Hilarius.

bis Christum obtrudit; Testamentum Filij DEI mutilat; Elementa externa Panis & Vini tanquam idola adoranda circumgestat. Quam cum antea quoq; manu consertum in hanc palastram vocavimus, etiam nunc, DEI I adjuvante gratia, aggrediemur, & virtute verbi atq; spiritus ejus devincere tentabimus.

I X. Quia vero omni omnino dubio caret, quod qualibet Christianae doctrina capita, seu singuli fidei articuli, in certis quibusdam scripturarum locis fundamentum suum, & quasi propriam sedem obtineant, ubi ex professio tradantur & explicentur, ita ut vera & genuina ipsorum sententia ex illis locis recte peti & controversiae decidi possint; quod commodiori ratione, nostrum quoq; institutum premoveamus, ad verba institutionis, in quibus hujus materia sedes, & status controversia rectissime penitit, tanquam ad directam normam & inviolatum canonem, presentem disputationem dirigemus & conformabimus. Cumq; verba illa distincte & explicitè duo potissimum comprehendant: quidnam illud sit, quod in cœna Dominica adsit, & communiantium ore sumatur, tam in quem finem & usum Christus in Cœna sua communicantibus illa exhibeat; nos quoq; in duabus hisce capitibus & refutandis agnatis erroribus, obscuras hujus disputationis constituemus.

I. De essentia seu substantia Cœna Dominicæ.

II. De usu & fine atq; efficacia ejusdem.

CAPUT PRIMUM.

De substantia, & integritate Sacramenti

Eucharistici.

Consecra-
tio.

Primus Error.

In almo Eucharistiæ Sacramento post panis & vini consecrationem, D. N. Iesus Christus verus Deus atq; Homo, verè, realiter ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilium continetur.

Cone. Trid.
sess. 3. c. 1. de
Euch. Sacr.

REFUTATIO.

I. Posset hoc decretum facile imponere incutis velobiter legentibus,
A 3 *siquidem*

siguidem primo intuitu ferè nihil continere, quod absurdum & à fide Christiana alienum sit, imò eandem nobiscum de vera & reali corporis Christi in cœna præsentia sovere doctrinam videtur: verū si quis aciem intendat fortius, na ille deprehendet, hanc quasi dogmœculū, subdolè voluisse præmittere adversarios, in qua ad sequentium errorum dogmata, clancularias ponerent insidiarum vias.

II. Vnde prudenter animadvertit autor examinis, duas illas voculas, videlicet: Post panis & vini consecrationem, & verbum contineri, non immoritò suspectas nobis reddi, quod prior, qualis consecratio esse debeat non explicet, posterior verò modum præsentia determinatum in sinuare velle videatur.

III. Nos quidem consecrationi neḡ vim per se ascribimus, neḡ aliam quam Christus adhibuit, admittimus: modum verò præsentie ideo determinare non possumus, quia verbo Dei revelatus non est: simplici verò fide credimus, quia sapientia Christi veracis & omnipotentis humiliter eum commendamus.

IV. Fundamentum enim præsentia nullum nisi in verbis prima institutionis ponimus, ubi Christus simpliciter se corpore atq; sanguine suo præsentem in Cœna velle esse pollicetur: silentio verò modum involvens, eam non intelligere nos debere nec perscrutari ostendit.

V. Ab hac sententia, quam longè discedant adversarij, & quidnam sub dictis terminis importare velint, indicare in sequentibus erroribus opera precium erit, & detectis involucris clara luci exponere.

Secundus Error.

Bellar. lib.
4. de Euch.
c. 12.

Verba institutionis non concionalia, sed consecratoria sunt, atq; hæc præcipue: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, ad Sacramenti formam pertinent, ijsq; sacerdos Corpus Christi conficit.

REFUTATIO.

I. Periculosis hic eminent allusionum scopuli, qui duas includere causas videntur, efficientem scil. & formalem.

¶. Ac

II. Ac primum causam efficientem, ipsum Filium Dei sacerdotem & Pontificem summum N. T. statuimus, qui ut primus hujus S. S. Cœna autor est, ita etiam hanc suam institutionem & ordinationem dilecta sua Ecclesia semel consecratam, vi verbi sui & prima instructionis, omnibus temporibus efficaciter tueri & conserware novit.

III. Tribuimus hoc omnipotentia illius, quia sibi à Patre potesta-
rem omnem in cælo & in terra collatam esse afferit: (a) in d sapientia; a) Matt. 28.
quia Patis Sapientia (b), consiliarius (c) vocatur, super quem requiescit ^{18.}
spiritus sapientia & intellectus, spiritus consilij & scientia Domini-
ni (d): veracitati; quia veritatem ipsam se profitetur (e). Nec insfir-
mum aut instabile ejus verbum censemus, quod manet in eternum (f), c) Esa. 9. 6.
quodq; posse rerum transitionem omnium, in nulla pertransibit f) Esa. 40. 8.
secula (g).

IV. Manifestum hinc evadit impudentissimum lesuitarum com-
mentum, ne dicam, blasphemia insignis, quâ fingunt, sacrificulum
conficere corpus Christi. Nuda si quis verba audiat nonne me-
ritò aversetur ac deploret hanc insaniam? Præterea enim
quod homini tribuunt, quod solius Dei proprium est, Christum à se
(puta creatorum à creatura) quotidie novum, non secus ac ollam à fi-
gulo, formari ac confici blasphemè somniant.

V. Deinde nec ministerij institutio ad hoc se extendit; Non enim
qui dixit: Ite & predicate, baptizate, absolvite: eodem modo
dixit, conficite corpus Christi in Eucharistia.

VI. Quod si Sacramentorum N. T. eadem ratio est; cum de Ba-
ptismo nemo affirmare jure posse, ut disp. 14. demonstratum, rege-
nerationem à ministro dependere, nego, in Eucharistia ministrum ul-
lam efficaciam aut dignitatem per legitimam administrationem Sa-
cramento conferre, quisquam facile sibi persuaserit.

VII. Quod inculcare nobis videtur ipse filius D E I, quoties vel
Sacramentorum administrationem, vel alia ministerij munia suis di-
scipulis commendat, ut intelligant divinam planè illorum intęgriam esse,
addit: Baptizate in nomine Patris Filii & Spiritus S. Item: ^{Matt. 28.19}.

Matth. 16. Quicquid ligaveritis in terra, erit & ligatum in celis. Similiter &
19. in institutione hujus Sacramenti: Hoc quotiescunq; feceritis,
facite in mei commemorationem: Quia verba simul & fina-
lem & efficientem causam non obscurè indicant.

I. Cot. 4. 1. VIII. Quid, quod eadem ratione Apostolus Ministros vocet
dispensatores mysteriorum Christi, & ne verbi quidem fru-
stificationem suis ascribat viribus, quando modestissime de se prædi-
cat, se plantasse, Apollinem rigasse: Sed D E V M dedisse incremen-
tum.

I. Cor. 3. 6. IX. Alter ille, quem in hoc dogmate p̄js & veritatem sinceram
amplectentibus, scrupulum injiciunt adversarij, in eo consistit, quod
verba institutionis & precipue illa: Hoc est enim corpus me-
um, ad formam tantum Sacramenti pertinere statuunt. Id enim in-
tendere videntur, (forma siquidem informare rem debet & rei essen-
tiam constituere) quod vi & efficacia verborum istorum ex ore mi-
nistri progredientium elementa ita consecrentur, ut verè transfor-
mentur in corpus Christi.

X. Hoc autem magicae incantationi non videtur absimile, cum non
verborum illorum recitationi, sed prima f. Christi institutioni inte-
gra, qua totam actionem & ipsam quo q. Andoociaz complectiatur, for-
mam, qua dat esse Sacramento, ascribendam esse constat.

Eph. 5. 26. XI. Quando igitur queritur, an recitatio institutionis ex necessi-
tate ad consecrationem Eucharistie adhiberi debeat? non negamus,
quasi absq; illa posset Dominica Cœna celebrari. Certissimum enim est,
nullum Sacramentum sine verbo esse, quo nomine D. Apostolus Bapti-
sum vocat, lavacrum aquæ in verbo: ita in Cœna, verborum insti-
tutionis recitatio omnino necessaria est, nec merè concionalia illa ver-
ba sunt, hoc est corpus meum, sed consecratoria; quia Christi sunt,
non sacerdotis, licet ore sacerdotii proferantur.

XII. Ex quibus liquet, sanctificationem seu consecrationem suam
elementa Panis & vini, non ex apicibus & sonu verborum habere,
sed ex gratia & virtute divina percipere, ut sc. sint corpus & sanguis
Christi.

Christi. Si enim in principio verbum illud semel dictum: crescere
& multiplicamini, perpetuum in articulo creationis efficaciam ha- Gen. 1.
buit, qui minus eandem & hic haberet Christi Verbum, in institutione
illa prima semel prolatum.

XIII. Formam igitur non modo in verborum horum prolatione,
sed integra actione & legitima hujus Sacramenti administratione re-
ponimus. Siquidem extra usum, Sacramenti rationem obtinere mi-
nimè concedere possumus. Cum vero hic valde reclament adversarij se-
quentem errorem, qui non minus ad substantiam seu integritatem
Eucharistia pertinere videtur, breviter examinabimus.

Tertius Error.

Sacramentum Eucharistiae Illud excellens & singula-
re habet, quod reliqua Sacra menta tunc primum sancti-
ficandi vim habent, cum quis illis utitur: At in Eucha-
ristia ipsa, sanctitatis autor ante usum est; nondum enim
de manu Domini Apostoli suscep erant, cum vere tamen
ipse affirmaret, corpus suum esse, quod praebat.

Cone. Trid.
sess. 3. c. 2.

REFUTATIO,

I. Pontificij ubi in rebus ipsis non habent, que inclinati parieti
subbruante fulcro, configiunt ad syllabarum auctoriam, & in verborum
ordinatione, cause sua debilitas a frustâ subsidis querunt: quod si li-
ceret, nego nobis similia invenire difficile esset.

II. Etiam si enim discipuli post benedictionem hoc Sacramento fue-
rint usi; tamen in ipsa institutione, Christus usum pramittit atque
principit, antequam quidnam illud sit, quod ipsis largiatur, edocet.
Non enim inverso ordine dicit: Hoc est corpus meum, propterea come-
dite; sive: Hoc est corpus, seu comedatis vel non. Verum dicit:
Accipite, comedite, hoc est corpus meum.

III. Non itaque statim posse & loqui & pronunciationem verborum
institutionis, super panem & vinum, ante灌口前 seu usum & actio-
nem totam a Christo in institutione prescriptam & mandatam, Chri-
stus cum suo corpore & sanguine eo modo adesse, quo in vero usu &
actione

actione cœna tota adesse solet, ad quam verba illa Christi referenda sunt: Hoc est corpus meum. Vnde & Paulus non benedicto seu consecrato, sed fracto seu distributo panī hoc tribuit, quod se communicatio corporis Christi.

IV. Sed errorē hunc, qui & superioribus annis nostram turbavit Ecclesiam, solidissimè & prolixè refutavit D. Chemnicius in secunda par. sui exam. dicto loco, quando quidem rectissimè respondet, non ex uno verbo, sed ex tota institutione, hanc disjudicandam esse controversiam; Quare ne laterem lavemus, eò pium & diligentem lectorem remittimus.

Quartus Error.

Transubst.
stantiatio.
Conc. Trid.
Sess. 3. c. 4.
Cap. 2.

Panis & vinum in corpus & sanguinem Christi transstantiatur. Si quis dixerit in sacrosanctæ Eucharistiae Sacramento remanere substantiam panis & vini, unā cum corpore & sanguine Iesu Christi D. N. negaveritq; mirabilem illam & singularem conversionem totius substanciæ panis in corpus, & totius substanciæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, quam quidem conversionem amplissimè Catholica Ecclesia, Transubstantiationem appellat; Anathema sit.

REFUTATIO.

I. Mirari desinet Christianus lector, monstrosorum absurditarum in Romana Synagoga conventionem, respiciens scopum inauditi & peregrini hujus, de Transubstantiatione dogmati, quod ideo mordicus defendunt Pontificiū, non quod tanto veritatis amore & studio ducti, in Ecclesia aliter docere non possint; sed quod turpissem ipsorum inseriat Simonia, & ad missæ sacrificium aliosq; superstitionis ritus sit accommodatum. Nos omni ignorentia & prajudiciū studio remoto, probationes hujus erroris, quam fieri poterit accurata trutinā pensabimus.

II. Illas vero Repend. & Cl. vir DD. Chemnicius, ad duo summa refert capita: Scripturam nimirum, & Ecclesia purioris perpetuum consen-

consensum: In quibus, si tam firma assertio*nis* sua fundamenta quemadmodum putant^e, Transubstantiarū repererint, causam nullam dico,
quoniam *victas* alio*rō* prorigamus manus.

III. Et primum quidem argumentum Andradij est, tale: Apud Deum non est impossibile omne verbum. E. nihil derogandum ipsius omnipotentia: Et per consequens credenda est Transubstantatio. Respondere ad hoc vel pueri in Scholis noverunt, veteri illa Dialecticorum regulā, à posse ad velle non valere consequentiam. Negat enim valet argumentatio: Deus vel solo nata omnes lesuitas ad infernum potest adigere; E. hoc faciet. Mitis enim est & longanimitus, qui tolerat hominum iniquitates in magna patientia (a). Quare Scriptura hanc addit regula*m*: Omnia quacunque voluit fecit: ut cum de Voluntate ipsius ex verbo suo constet, tum demum de Omnipotentia sit judican*dum*.

a) Rom. 9.
v. 22.

IV. Aliud acumen se reperiisse putat Bellarminus, quando ad verba institutionis configit: Christus dixit: Hoc est corpus meum: Hic Bellarm. de est calix Novi Testamenti; qua sanc*t*e de vulgari pane, & communi ^{Sacr. Euch.} vino neutiquam possunt dici aut debent credi: E. factam esse oportet aliquam mutationem seu veram sive metaphoricam; sed metaphoricam non concedimus Calvinianis: E. Pontificis necessē est ut demus veram.

lib. 3. c. 19.

V. Nos ἡγεμόνες respondemus ad hoc argumentum: Fieri Bellarm. mutationem aliquam sed non quam ipsi volunt. Non enim sequitur dicto loco. à non distributo ad distributum: Aliqua sit mutatio in pane Eucharistico; E. sit Transubstantatio. Sed Magna & verè divina mutatio est illa, quod cum pane & poculo, qua vulgaria ante erant, post benedictionem verè & substantialiter adest, exhibetur & accipitur corpus Christi.

VI. Propositionis etiam, quam prepossessè urget Bellarminus, hanc explicationem addamus; illam non identicam esse, in qua subjectum & prædicatum de eadem re loquuntur: nec esse per transmutationem seu conversionem intelligendam, ut illa: virga est serpens: & A-

B. 2

grain

Exod. 4. 3. Ioh. 2. 9. Ioh. 1. 14.

qua in hydrijs est vinum: sed esse talem, qualem dñi in iis mysterijs
Scripturam tribuere novimus, in qua duas disparatas species de se invi-
cementem predicantur salva manente utriusq; verâ & genuinâ significa-
tione, ut: Homo est D E V S. Verbum caro factum est.

VII. Ubi hic acumen Bellarmini, nunquid vel Deitatem in car-
nem conversam, vel ἀτόνον illum Patris λόγον, εἰ τῷ νῦν ἐνταπικώς
in humanitate oblitum fuisse somnias?

VIII. Verum ne quid manifesta veritati largiatur impostor im-
probus, novos fabricat dolos, prorsus dissimiles inter se esse hasce Pro-
positiones perhibens: D E V S est homo. Panis est corpus Christi.
Bell. I. 3. de Euch. c. 19.

Aut enim negare, ait, Chemnitium, hypostaticam naturarum in Chri-
sto unionem, cum ad quamlibet unionem seu presentiam hæc dicta
applicet: aut tollere ipsam similitudinem cum similitudinis funda-
mento, cum discrimin Personalis unionis, propter quam tantummodo
D E V S dicitur homo, inter panem & Corpus Christi non cognoscat.

Matt. 3. 16. IX. Sed frustra Chemnitium suggillat Jesuita, siquidem mani-
facta ipsis est sententia, & ipsa Scriptura omnibus illum excusat, que
nrumq; dicit, tum de Personalis unione, D E V S est homo; tum de
dissolubili & ad tempus saltē durante conjunctione & presentia:
Iohannes vidit Spiritum S. descendenter sicut columbam: quis hic,
nisi mente capius & planè abegga, Spiritum Sanctum in columbam
mutatum statueret?

X. Sic cum progrediente arcâ diceret Moses: Exsurgat Iehova:
nec materia in arca transmutationem, nec personalem D E I cum
illa unionem; sed peculiarem modum presentia divinae Majestatis,
qui ex verbo & promissione ipsis constabat, Prophetam insinuare
certo certius est. Vides igitur p̄fissime lector, in Scriptura, Scriptu-
& contemtores, quippe qui eam controversiarum judicem non agno-
scant, nihil habere presidij.

XI. Deinde in os ipsis reclamat Apostolus, quando post consecratio-
nem in ipso usu panem appellat, idq; non semel, ne ex incognititia
1. Cor. 10. 16. 17. lapsum existimes, sed quater vel quinque: Panis quem frangimus:
c. II. 26. 27. De uno
29.

De uno pane participamus: Quoties manducabis hunc panem: Qui manduca veritatem hunc panem indignus: Prober seipsum homo & sic de pane illo edat.

XII. Precedendum nunc esset ad consensum antiquitatis & testimonia Ecclesiae; verum cum illa Pontificiorum manibus satis superius excusserit D. Chemnitius, nec solidi quicquam adhuc D. Chemnicio à Bellarmino responsum sit, à refutatione horum etiam abstinebimus, ne mortuum, quod ajunt, teneo videamur leonem figere.

in Examin.
Conc. Trid.
de Transab.
p. 4. 8. usq;
ad p. 432.

XIII. Inter alias etiam sententiae nostra probationes, non postremo recensenda est loco, quod Christus infirmitati nostra subserviens, promissionem gratiae, externo panis & vini Elemento, tanquam signo visibili, munire voluerit, ut languidam in nobis fidem eò magis exsiceret atque confirmaret: Iam si quis substantiam panis & vini evanescere dixerit, quid aliud, quam umbras, acphantasma panis & vini exhibet, sensus hominum mirè ludificando ac decipiendo?

XIV. Frustra quoque Lutherus transaccidentiationis argumenta exceptisse gloriatur Bellarminus. Ceterum est enim accidentia extra substantias subsistere non posse, cum peculiare esse non habeant. Quod si igitur panis Eucharistius substantia ita aboleatur, ut amplius non maneat panis, nec corpus Christi subjectum sit illorum accidentium, ut aperieatur Bellarminus, jure sanè queritur; ubi sedem suam habent, quae in sensu incurront; album, leve, rotundum?

XV. Argumentum hoc, quod verè Achillei roboris est, à D. Luther b. m. quondam Pontificijs objectum, cum infringere non valeat, alio quasi supercilie contemnit Bellarminus: Levissimum, inquit, Bell. lib. 4. de Euch. c. est, quod de transaccidentiatione adfert Lutherus; Non enim ad 19. §. 5. mittimus illas propositiones; Hoc album vel hoc rotundum est corpus Christi.

XVI. Projecto nurquam, puto, in toto suo glossatore Jesuitam se dedisse turpis, quam hic, ubi tam aperte causam suam deserit nungis se palliando sophistice. Primum enim artis non est, quod caput

B 3 ipsius

ipsius superet, contemnere. Deinde, non queritur: Quales admettere velis propositiones: sed qualesnam & quam absurdas ponere profluant ex illius degmatib. Tertio, quod se ne quidem cogi dicit eas admittere, id probat manifesta principij petitione, quod hoc album dicit, posse consecrationem pro pane non supponere, quia panis ibi non sit; quod erat in controversia.

XVII. Quod vero quantitatem remanentem dicit esse subjectum accidentium reliquorum, in eo ridicule nugatur, cum tale subjectum constitutus quod nurquam sit. Cum enim & ipsa quantitas accidens sit, & ad sui sustentationem peculiariter etiam substantie fulcro indiget, oportet ut sit vel in pane, vel in Christi corpore; sed panis non est post consecrationem (secundum assertionem Bellarmi) nec corpus Christi quantitatem, album, rotundum admittit.

XVIII. Observanda haec sunt, ne facile quisquam omnia Bellarmi, pro Delphicis habeat oraculis, cum similes hujusmodi delirantes aenigmas quamplurimi ex ipsis cerebro, crassis exhalent spiritibus; quibus & hoc addo axioma, quod in fine capituli annexit; Substantiam esse rem contentam, accidentia res continentis. Quod cum in Philosophia inauditum sit, in hoc, ut & in alijs recensendis, ne magna temporis jactura fiat, ponere nobis ac temperabimus.

Quintus Error.

De Mutilatione.
Conc. Trid. sess. 5. c. 3.
Cap. I.

Si quis dixerit ex DEI precepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles, utramque Speciem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere, anathema sit.

REFUTATIO.

I. Ad integratatem Sacramenti Eucharistici, hac etiam pertinet quaestio; an arbitarium sit, de alterutra tantum specie participare? Non autem tam error est, quam flagitiosa malitia, & peculiaris quedam regni Antichristici nota, ad quam respexit Apostolum Paulum credimus, quando gravissimam sententiam pronulit, ne in hominis quidem Testamento, quando confirmatum est, liceat alii-

re aliquid sine Sacrilegij crimine vel abrogare vel superordi-
nare.

II. Antequam vero ad refutationem ipsam accedamus, imprimis detegenda est ipsorum impostura, & videndum, qua intentione hinc monitionem, calicis usum Laicis depeculati sint. Dn. D. Chemnitius hanc Italiam vocat practicam. Quia enim in institutione calicis ex- prese annexa est primis Novi T. & peccatorum remissio, ideo, cum ab ejus usu & fructu arceantur plerique, ad missa sacrificium confugere opus habent, in qua penalis proponitur peccatorum remissio, quo am- pliores existant inundationis Missarum proventus.

III. Bellarmenus vero dogma hoc in tribus collocat fundamentis ; 1. Quod totus Christus percipiatur sub qualibet specie, propter conco- mitantium (quam vocant) corporis Domini, cum Sanguine in calice, & concomitantiam sanguinis cum corpore in pane seu panis specie. 2. Quod tota Sacramenti ratio in una specie inveniatur. 3. Quod non major utilitas sumatur ex communicatione sub utraque specie, quam sub una.

IV. Ad primum cum Dn. D. Chemnitio respondemus, de sacra- mentis ex ipsorum institutionibus judicandum esse. Institutio autem Cenae, diserte tradit cum pane carnem, cum vino sanguinem verum & naturalem exhiberi, distinctis symbolis distinctas res, sine ulla con- comitantia mentione. Negamus propterea Iesum solvimus, quia in-stitutioni ipsius obedimus ; sed illi potius qua conjungere Christus ipse voluit, separant ac distrahunt.

V. Et si enim naturali conjunctione, sanguis Christi sit in carne, cum hac absq; eo non possit esse, non tamen sequitur, eundem ideo esse cum pane, ut de eo praedicari & cura eo sumi possit vel debeat, quia sacra- mentaliter in pane non est ; nihil enim in sacramento percipitur, nisi quod in eo est actu sacramentali. At solum corpus, ut in & cum pane acciperetur, ordinatum est a Christo, non autem sanguis, licet is in cor- pora sit actu naturali. Distinguendum itaque est inter conjunctionem naturalem & sacramentalem, neq; hac ex illa sequitur. Hinc pra- clare

Lib. 4. de
Eucharist.
cap. 21.

Bellar. de
Sacr. Euch.
lib. 4. c. 22.

clarè Durandus: qui solam hostiam recipit, non plenum sacramentum accipit. Etsi enim in hostia consecrata sanguis est, non tamen ibi sacramentaliter est.

V I. Secundum; totam Sacramenti rationem in una specie contineri negamus: Sacramentum enim integrum, totumq; minime existimandum, cum substantia ejus aliquid à Pontificijs derribitur, atq; institutio, qua anima est Sacramenti non servatur.

V II. Utilitatem deniq; ex usu integri Sacramenti majorem redundare asserimus, quam dimidij aut mutili: Imò nulla verè speranda utilitas, (siquidem substantia Sacramentorum ab institutione dependet,) cum ab ipsa institutione fuerit discessum.

VIII. Instar itaq; imò & plus omnium erit mandatum & institutio Christi, qui hanc ποτηριοκλόπων prævidens, Sathan & calliditati occurtere volens, de pane simpliciter ut ederet, de calice, ut omnes biberent dixit. Quare illam prohibitionem alterius speciei, contra institutionem Christi, promulgatam in Concilio Constantiensi his verbis: Licet Christus sub utraq; specie cœnam suam instituerit, tamen hoc non obstante, placere alterius tantum speciei usum pro Laicis: tanquam inventum humanum damnamus & ad orcum cum suis inventoribus relegamus. Sed de his satis: altera jam nobis exordienda tela.

CAPUT SECUNDUM.

De fine & usu (seu potius Pontificiorum abusibus) tum de efficacia Sacramenti.

Primus Error.

Si quis dixerit, in S. Eucharistia Sacramento, Christum unigenitum DEI Filium non esse cultu latræ etiam externo adorandum, neq; in processionibus secundum laudabilem & universalem Ecclesiæ Sanctæ ritum & consuetudinem, solemnitatem circumgestandum, vel non publicè, ut adoretur, populo proponendum, & ejus adoratores esse Idololatras; anathema sit.

REFUTATIO.

I. Absolutis huc usq; & refutatis breviter erroribus principiis, qui ad sub-

Conc. Trid.
sess. 3. c. 4,
Can. 6.

Circumge-
statio & A-
doratio cor-
poris Chri-
sti.

ad substantiam & integratatem Sacramenti Eucharistici pertinent,
reliquum est, ut ad verum ejus usum atq; abusus varios transcendamus.

II. Usum autem hujus Sacramenti legitimum & à DEO concessum,
cum luculenter in verbis prima institutionis (Accipite Comedi-
te. Item: Hoc facite in mei commemorationem) à Christo
salvatore expressum esse constet; fieri absq; gravi idelodemoniacus
crimine non potest, si qui præter autoris mandatum, alios fines atq;
sus comminiscuntur novos.

III. Èò tamen usq; progressa est humani ingenij plus nimio lascivi-
ens ferocia, ut à filijs suis justificari se queratur aeterna D E I sapientia.
Cum enim Christus verum Cœna Dominicæ usum in participatione
panis atq; calicis tam Sacramentali quam Spirituali, & in memoria
ejus celebrationem consistere, nobis ostendat, quasi Magistrum edocetur
ex Schola sua prodeunt lesuita, non hujusmodi quid sufficere; sed alios
præterea huic Sacramento usus accersendos esse tradunt, veluti Cir-
cumgestationem & Adorationem corporis Christi.

IV. Hoc ut aliquo pallient modo, rationem sanè speciosam addunt,
quia Christus iuxta promissionem suam in hoc Sacramento verè adesse,
ab omnibus creditur fidilibus: Verè autem adorari ibi, ubi de presen-
tia ejus nihil dubitatur.

V. Et sanè diuorium ab hac sententia non patremur fieri, si Chri-
stum suo modo in Sacramento adorandum, in spiritu sc. & veritate, con-
zenderent; & non potius ipsum Sacramentum Eucharistia, & quidem
totum illud, quod præter rem cœlestem etiam terrenâ constat, panis ni-
mirum & vini Elementoz latraria cultu venerandum omnibus serio in-
cucarent, non absq; manifesto idolatriæ seu delatoriae crimen.

VI. Pontificios verò hoc principaliter respicere, non ut in actione
Cœna Dominicæ ipsum Filium Dei honore officiant, & preces suas ad
ipsum dirigant; sed potius, ut Adorationem panis extra usum sta-
biliant, atq; ita externum quendam Eucharistia cultum deferant,
prædictus canon ostendit; quod tot incepit gesticulationibus, tot ritibus

G super-

Matth. II.
v. 19.

*superflitosus, ut pote sumptuosa circumgestatione, repositione splendid,
prostratione corporis, genuflexione, elevatione manuum, instrumentorum Musicorum, & bombardarum strepitu, imperitus populus
quasi fascinatus à vero usa suspendatur.*

VII. Sed hisce inventis hominum, & ineptijs plus quam Idololatri-
cis opponimus illud Esiae: *Quis quasivit hac de manibus vestris?*
Isa. 1. 12.
c. 29. v. 13.
Matth. 15. 8.
Marci 7. 6.
in Ley. c. 5.
Item, frustra me colunt mandatis hominum, non enim Christus suum
corpus ad circumgestandum reponendum & asservandum instituit,
sed manducari voluit ac mandavit, inquiens: accipite, comedite.
*Vnde rectè Origenes inquit: Christus non distulit, nec servari jussit
Sacramentum in crastinum, sed per verba præsentis dixit: Accipite,
manducate, bibite.*

VIII. Floruit autem Origenes circa annum Christi 230, unde pa-
tet morem istam circumgestandi, asservandi & adorandi Eucharis-
tiam, primitivam Ecclesiam ignorasse. Circa annum enim Christi 1215,
ab Honorio tertio Papa R, tempore Friderici secundi imperatoris Ro-
mani, constitutum, ut, cum incelebratione missa elevaretur hostia, po-
pulus se reverenter inclinet & adoret. Hoc deinde inventum Honori-
auxit Urbanus quartus P. R. instituens festum corporis Christi cum
processionibus celebrandum, circa annum Domini 1262.

IX. Cum itaq; hec omnia merasint inventa hominum, qua ipsam
Christi institutionem obsfuscent & opprimant, & nihil, prater bla-
phemias in Christi meritum crepant, merito ea, cum eorum inven-
toribus & cultoribus ad orcum atq; Rhadamenti tribunal rele-
gamus.

X. Quod verò ad venerationem & Adorationem Christi in cena
attinet, respondemus 1. ex psal. ubi David inquit: adorabo ad templum
sanctum tuum, in timore tuo: licere imo incumbere communicantibus,
propter rei sacra augustam & S. Sanctam tractationem, ad Eucharis-
tiam in timore Domini adorare, non vero ipsam Eucharistiam, seu ad
elementa sacramenti suam invocationem dirigere.

Psal. 5. 8.

Ex enun-

XI. 2. Ex enunciato Christi: qui adorant Deum, in spiritu & veritate oportet adorare: hanc adorationem, ut viva sit & non dñstora-
re in h, peragendam esse in spiritu & veritate, & non inchoandam
ab externis gestibus, qui sponte sequuntur modo cor intrinsecus ritè
præparatum sit Deo: Alias absq; interior moru sifiant, non morari se
externam simulationem, imò ut dñs eorum odiisse & abominari Deus
ipse testatur: Hic populus tabijs appropinquat mihi, cor autem eorum Esa. 29.v.31.
longè est à me,

XII. Arg; hac de verâ Adoratione Christi in causa juxta insalli-
bilem scriptura normam contra Pontificiorum canonem, notasse
sufficit. Nunc ad alium insigniorem errorem de Missa sacrificio, qui
directe & ex opposito cum Christi sacerdotio pugnat, auxiliante Deo,
pergemos.

Secundus Error.

Si quis dixerit, in Missa (a) non offerri Deo verum &
proprium sacrificium, aut per illud blasphemiam irrogari Deo
sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto, aut illi per
hoc derogari; anathema sit.

REFUTATIO:

I. EST certè facunda errorum mater Pontificia Missa, quam semel
prodidisse est simul confutasse; cum non convinci necesse habeat, quod
sua statim professione blasphemum est.

De Missa
a) Concil.
Trid. sess.
6. cap. i.
Can. i.

Hieron. ad
Pelag.

II. Non igitur omnia que ad hanc disputationem pertinere viden-
tur, copiose perseguemur: Sed tantum revelatâ & detectâ simbriâ,
nudatam hanc Antichristi Romani meretriculam, Christiano orbi con-
spiciendum & abominandam objiciemus.

III. Primò igitur notandum, missam illum Pontificiam, neg; Chri-
stum institutorem neg; Apostolos habere tradidores, ut ex praxi Apo-
stolicâ aperiè constat: sed à Pontificibus R. pecuniam aucupandi gra-
tia excoxitatem, particulatim collectam, auclam, & deniq; per Grego-
rium Magnum P. R. qui sedet circa annum Domini 600. absolutam
& perfectam esse. Caret itaq; omni mandato Christi & exemplo
Apostolorum.

C 2

Deinde

IV. Deinde multiplicibus scatet erroribus & absurditatibus blasphemis; Impium enim & in Filium DEI ejusq; meritum cōtumeliosum, quod institutionem ejus immutare audent, ex Sacramento Sacrificium cōsistentes, actionem penitus diversam, unā incertum reddentes unicūq; fideli symbolum illud, quo Deus sua dona nobis exhibet & ob-

Gal. 3. v. 15. signat, id quod nulli hominum licet.

V. Imo si ad ipsam actionem Missæ respicimus, nonne in horrendam abyssam errorum & blasphemiarum plenam incidimus? Ibi enim sacrificulus ante altare, elevans hostiam manibus extenta voce clamat: Suscipe sancte Pater omnipotens æterne Deus hanc immaculatam hostiam, quam indignus tuus Minister tibi vero Deo offero, pro M E I S & O M N I U M H O M I N U M Peccatis, ut cedar illis in perpetuam animarum suarum salitem.

VI. **Heb. 10. v. 2.** Quid alius hoc, nisi atrospūto sanctissimam Dei contaminefaciem? **Phil. 3. 18.** Quid Christi sanguinem pedibus conculcare aliud, nisi hoc esse? **Heb. 8. v. 12.** Qui latrones? qui hostes crucis Christi? nisi Papistæ erunt? Nullam enim agnoscit scriptura hostiam, præter unicam illam immaculatam, I E S V M, qui semetipsum in cruce pro nobis obediit & per proprium sanguinem semel in sancta ingressus, eternam redemptiōnem pro totius mundi peccatis reperit.

Gregor. registr. par. 2. Epist. 7. Ad Missæ canonem, qui 500. demum post Apostolos annis consarcinatus & consatus es, quando accedunt, magis horrenda audiās, quem tamen ipso summa religionis Christianæ mysteria continere, & ab omni proflus errore vacuum & integrum esse plenis decantant buccis. Is enim inter alia hec continet: ut sanctifices, benedicas, & acceptam habeas &c.

VIII. In his & quæ sequuntur, presupposito transubstantiationis fundamento, quod mordicus defendunt Pontificij, incredibile es, quam fœda contineatur impietas colluvies & horrida sentina. Si enim ipsam hostiam quam manu tenet Sacrificulus, in ipsam Christi Corpus conversam esse sentit, quid in hunc modum precari opus habet? An Sanctitatis expers est aeternus DEI Filius? de quo Esaias, Cherubim

& Se-

¶ Seraphim alta voce clama se testatur : Sanctus, Sanctus, San- Esa. 6.v.3.
ctus D E V S. Imò qui secundum humanitatem etiam Spiritum S,
non accepit ad mensuram, & de quo Gabriel dicit, ad Mariam: Sanctum
quod ex te nascetur filius D E I vocabitur. Benedictione autem Luc.1. v.35.
nullus hominis quomodo opus habeat benedictum Sermonem Abraha illud,
in quo benedicentur omnes gentes terra? Postremò acceptus quomodo Gen.42.v.4.
in Missa demum fiet? de quo Evangelista testatur, auditam de celo Matth.3.17.
vocem: Hic es filius meus Dilectus, in quo mihi complacui. Item 17. v.5.
Marci 1. 11.
2. Pet. 1. 17.
Luc.3. v.22.

IX. Quam verò horrendum est, quod ipsi Christo manus inyiciant,
cum SS. ipse corpus, quod ex pane se confecisse opinantur in minuta
aliquot frustula frangunt: O Christomastryges, latrones, peiores Iudeis,
qui Christum de novo crucifigere audent, peiores paganis militibus,
qui mortuo Christo pepercerunt ossa non frangentes; cum illi ne quidem
parcant viso. Vinam illos, si sponte ad claram verbi divini lucem
cœcutire, quam converti malint, fulmine suo Deus feriat, qui bruto
anathematis fulmine innocentes feriunt.

Tertius Error.

Hic est esse Etus Eucharistiæ, quod per eam delectantur
venialia & quotidiana peccata, non autem mortalia.

Rom. Ca-
tech. pag.
588.

R E F U T A T I O.

I. Nos præcipuum fructum & efficaciam Cœna Dominicæ statui-
mus confirmationem fidei & peccatorum omnium remissionem, sicut
ipse dixit, in Remissionem peccatorum. Quandoquidem au-
tem hic error directe contrariatur Dei verbo, non admodum in eo re-
futando erimus occupati; sed si qua rationes pro Romana cohorte pugnare
videniantur, intactas atq; integras in ipsam disputationem reservabimus.

II. Deo sit laus & perennis gloria quod nos ex illis abominandis Ro-
manæ Synagoge & erroribus liberatos, in lucem sui verbi posuerit, eun-
demq; oramus, ut virtute illius sui verbi, quod pedibus nostris lucerne
est, à tam tetricis & plusquam Cimmerijs tenebris deinceps quoq; vin-
dicare & iustos asserere dignetur, per unicum nostrum redem-

ptorem & propitiatorem Iesum Christum,

A M E N.

Ornatissimo & Doctissimo Viro-Juveni,
M. JOACHIMO HENNINGIO,
amico suo syncero, in Theologiâ
disputanti.


DVM quævis gelidum procul sub arctum,
Contristata rigent, jacentq; rura:
Dum Varnus Pater, humida atq; regna
Nympharum, Scythicis latent pruinis,
Astrictoq; nimis gelu perusta:
Quid est Palladis hoc quod usq; & usq;
Vernis floret honoribus Rosetum?
Fontes Castalidum novem Sororum,
Quid est quod placido fluunt susurro?
An quod Spiritus intus, atq; Phabi
Totam Numen alit, forvetq; molem,
Qui cunctos propius fluens per artus
Sacro concitat, entheatq; thyrso,
Quicquid Pierio hoc jugo, verenda
Nisu, Mnemosyne parit sacrato
Sic est: Testis eris mihi Jochime
O Flos Candidule, incluti Roseti
Quem major Deus entheat: per altum,
Cui flatu propiore, grandiores
Ausus, proxima Dis habere donat


Divinis

*Divinis, animata Musa, rebus.
Imperterritus hinc minas & arma
Hostis, bellaq; sustines minacis :
Pestis magna ! minas, Suita, bella
Jesu, atq; arma minatur, horrida arma.
Tu fortis cape, saxa, odora Cedri
Promptus robora corripe, ac Colubri
Felix dejice pectora, atq; colla.*

M. Iohannes Slekerus
Pomeranus.







[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756811511/phys_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756811511/phys_0028)

& Seraphim alta voce clamaſſe testatur: Sanctus
Etus D E V S. Imò qui secundum humanitatem
non accepit ad mensuram, & de quo Gabriel dicit, ad
quod ex te nascetur filius D E I vocalitur.
nullus hominis quomodo opus habeat benedictum Se-
in quo benedicentur omnes gentes terra? Postrem
in Missa demum fiet? de quo Evangelista testatur
vocem: Hic est filius meus Dilectus, in quo mihi
IX. Quam verò horrendum est, quod ipsi Chri-
cum SS. ipsius corpus, quod ex pane se confecisse op-
aliquot frustula frangunt: O Christomastyges, latroni
qui Christum de novo crucifigere audent, peiores
qui mortuo Christo pepercerunt, ossa non frangentes
parcant vivo. Utinam illos, si sponte ad claram &
cæcūtire, quam converti malint, fulmine suo Deu-
anathematis fulmine innocentēs feriunt.

Tertijs Error.

Hic est effectus Eucharistiæ, quod pe-
venialia & quotidiana peccata, non autem

R E F U T A T I O .

I. Nos præcipuum fructum & efficaciam Cœ-
misi confirmationem fidei & peccatorum omnium
ipse dixit, in Remissionem peccatorum.
rem hic error directe contrariatur Dei verbo, non
furado erimus occupati; sed si que rationes pro Romano
videntur, intactas atq; integras ita ipsam disputau-

II. Deo sit laus & perennis gloria quod nos ex illa
manæ Synagoge erroribus liberatos, in lucem sui ro-
demus, ut virtute illius sui verbi, quod peccato
est, à tam scbris & plusquam Cimmerijs tenebris

dicare & iutus afferere dignetur, per unicum
potorem & propitiatorem Iesum Chri-

A M E N.

San- Esa. 6.v.3.

um S.

Etum

autem LUC. I. v.35.

illud,

modo Gen. 42.v.4.

Matth. 3.17.

ceclo Item 17. v.5.

Marci. 1. ii.

2. Pet. 1. 17.

Luc. 3. v.22.

iant;

inuta

idais,

ribus,

idem

lucem

bruto

ntur

Rom. Ca-
tech. pag.
588.

atui-

sicut

m au-

eore-

gnare

imus.

s Ro-

eun-

cerna

; viam

z-




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032
Patch Reference numbers on UTI TE63

the scale towards document